



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. An, & quâ ratione Clerici in minoribus constituti, & conjugati
gaudeant privilegiis Clericalibus, vel contrahendo matrimonium illa
perdant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. IV.

An Episcopus possit dispensare cum Clericis conjugatis in minoribus, ut possint obtinere beneficium, vel cum Clericis in sacris constitutis, qui uxores de facto duxerunt, ut officia sacra ordinum iterum exercere possint?

Respondetur quoad primam questionem negativè, cum solius Pontificis sit, cum talibus uxoratis ad beneficia obtinenda, vel retinenda dispensare, (neque enim inferior, qualis est Episcopus, in lege superioris, qualis est lex privans uxoratos beneficiis, & ad hæc obtinenda inhables reddens, dispensare potest, nisi expressè hoc ipsi concessum sit) prout etiam sumitur ex *s. Diversis s. b. 1.* & quamvis in aliis quibusdam casibus, maioribus etiam, contra jus commune dispensare possit Episcopus, juxta concessam illi licentiam, in rebus tamen à jure communi exorbitantibus, qualis est dispensatio in lege Superioris, non potest à pari aut à majore &c. dici argumentum.

Quoad secundam questionem in titulo §. hujus propositam, posse Episcopum dispensare cum Clericis, qui in sacris constituti de facto, invalidè tamen, cum unica, eaque Virgine matrimonium contrahere præsumserunt, post longam poenitentiam actam, & vitam laudabiliter in continentia duxerunt, ut suis officiis restituantur, & in illis ministrare possint, & ad altiores etiam ordines promoveri *s. Sane 4. b. 1. & c. 1. juncta Gloss. P. dispensativè. Qui Clerici vel uxores &c.* tum quòd bigamiam (rigidè dictam) hi tales non contrahant, tum quòd statum

incompatibilem cum Clericali ab eis non elegerint, tum quòd dispensatio cum his licentia, à jure concessa sit Episcopis.

§. V.

An, & quâ ratione Clerici in minoribus constituti, & conjugati quantum ad privilegia Clericalibus, vel contrahendo matrimonium illa perdant?

De jure communi antiquo Clerici qui in minoribus constituti matrimonium validè contraxerunt, habentur Laici, neque potest ab Episcopo appellari ad habitum & tonsuram habendam, cum privilegio clericali non gaudeat, etiam si habitum & tonsuram deferat, ut ait Pontifex in *c. Joannes* & ad tributa & vectigalia aliasque exactiones sæculari Magistratui subiacet, cum bona illius ab hereditariis onibus immunita non sint, *c. Ex parte 9. b. 1. &c. unico eodem in 6.* Sed cum una & Virgine contraxerunt, habitum & tonsuram deferant, addit *Tridentinum sess. 23. c. 6. de reformatione* alicujus Ecclesiæ servitio adscripti Episcopo, eidem Ecclesiæ inserviant, privilegio Canonis, & fori gaudent. Et quidem ex probabiliore sententia, tum in criminalibus juxta *c. 1. in 6. b. 1. in 6.* ubi dicitur pro excessibus (id est criminibus suis) conventi in Iudice Laico non posse, sive criminibus (ad vindictam scilicet publicam) Civiliter pro suis excessibus (ad privatum scilicet alterius interesse) jagantur, que tamen, si has condiciones, qui una & Virgine contraxerunt, non